



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 37. Jacobus Cordis Agneti venenum propinasse accusatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A. C. 1450.

§. XXXVII.

Jacobus Cordis Agneti venenum propinasse accusatus.

Agnetem propinato veneno necatam fuisse, rumor erat, & Jacobus Cordis cum plurimum gratia & autoritate apud Delphinum huic sceminæ infensum valeret, eo sollicitante Agneti venenum porrexisse credebatur. Vir iste, quamvis ignobilis cujusdam Bituricensis civis Filius esset, nihilominus cum quæstuoſis primo

gloriæ atque victoriæ forma Rex captus, voluptatem veterem aspernaretur, bellique amor turpis otii votum restingueret, verum veneno præbito ut creditur, a quodam Delphini cupido placere simul & vivere desiit. Dicebatur pulchritudinis Domina, tum quod forma corporis prædita esset, quæ imperium usurparet in animos, tum quod a Rege villa pulcherrima, quæ & Castrum pulchritudinis dicta est, præter immensa alia munera, fuisset donata. Villaqueria neptis ejus locum implevit, Regisque amorem seu hæreditatem adivit. Hæc ille, quæ ægre cum dictis Continuatoris conciliabis. Interim summopere optandum esset, ut Historiæ non solum narratio, sed fides quoque veritasque constaret; eaque ab Historiæ Ecclesiasticæ gravitate refecarentur, quæ mere profana, ac nonnisi cujusdam meretriculæ fata respiciunt.

primo negotiis magno cum foenore locu-
 ples, atque ingentibus divitiis cumulatus
 evasisset, demum ingenii sui acie, rel-
 que gerendæ dexteritate singulari tan-
 tum profecit, ut nominis sui fama ad
 curiam Regis, qui persæpe Biturigibus
 diversabatur, delata Procerum animos
 aucuparetur. Rex ipse Viri prudentia
 mirifice affectus, eum ærarii sui præfectum
 constituit, quinimo a consiliis esse voluit,
 in maximi etiam momenti negotiis illius
 opera usus. Verum hæc ipsa immodica
 Regis gratia Jacobo plurimorum invi-
 diam accersebat. Insimulabatur, quod
 Regnum, Regisque ærarium expilasset,
 Christianum, ne mercium suarum jactu-
 ram faceret, Ægypti Sultano pro manci-
 pio tradidisset, Agneti propinato vene-
 no mortem accelerasset, necnon Baby-
 loniæ Sultano omnem, quo equi instrui
 solent, apparatus misisset, ut & ipse equi-
 tatum suum Gallorum Equitum instar
 parare posset. Igitur Jacobus hisce cri-
 minationibus oneratus comprehenditur,
 atque Lusignani in Pictaviensi Provin-
 cia in arcis carcere includitur, dein au-
 tem postulante Joanne Daveto, qui Pa-
 risiensis Parlamenti Generalis Procura-
 tor erat, in jus vocatus damnatur.

Sæcul. XV.

A.C. 1450.

Matth.

Coucey Hist.

Carol. VII.